

ס. 2939
עמָךְ עַשְׂרֵה
SUPER
לְחִדּוֹשׁ וּמִיסָּה
אֶתְבּוֹת

VICTU INNOCENTIS
HOMINIS,

Per

Adprobantem

SENATUM,, qui Aboæ est, PHIL. AMPLISS:

Et

PRÆSIDENTEM,

Admodum Rever: & Celeberrimum ^{coquid} ~~appellata~~ Virum,

DN. ISAACUM
POTIUS BENJAMIN

LL. Orient. Professorem Ord.

In Auditorio Superiori,

x. Calend. Decembris Anni M DCC II.

Tyrocinium Academicum depositurus,
publicè disputabit

JOHANNES WANG.

Exc. Jo. Wal.

S. REGIÆ MAJESTATI

MAXIME FIDO VIRO

DN. JOHANNI
GEZELIO,

SS. Theologiæ DOCTORI

Cosummatissimo,

Diœcesios Abcensis EPISCOPO
longè Dignissimo,

Regiæ ibidem Academiæ PRO. CAN-
CELLARIO Eminentissimo,

Et Venerandi Consistorii Ecclesiastici
PRÆSIDI Gravissimo,

MÆCENATI meo Maximo,

ANNO S FELICES ET BENE
MULTOS!

KIRJASTO
MANSALLIS

REVERENDISSIME
PATER ac DOMINE,



S i quem unquam VESTRÆ
REVERENDISSIMÆ
PATERNITATIS adora-
turum limina novus pa-
vor & inopina deprehendit trepidatio,
eum certe me esse, & ipse mature cognosco, & quivis præsentium rerum
sincerus æstimator facile dicet. Scilicet, adest jam tempus, quo infinitis
malis non ægra, sed pene fessa est res-
publica. Adest tempus, quo cuivis ca-
rissimis relictis pignoribus eundum est
in exercitum, & armis arreptis rebus
patriæ afflictis opitulandum. Imo proh
do-

dolor! (ni nostris precibus adsit Dominus) aderit, quo periclitatura est lalus literarum , & REVERENDISSIMA VESTRA PATERNITAS nutantia earumdem fata in se est suscep tura. Nonne ergo æqvum sibi prætimere? nonne mihi contagione aliorum etiam satis justa causa metuendi? Protectò quam promtè & facilè supplici ab omni metu vacuo ad tam magnificas ædes patet aditus, tam tutum jam eidem atonito, & lubito malo quasi stupenti, tacitè justa tamē cum veneratione easdem præterire, ne verbis metu expressis loquens, VESTRAM REVERENDISSIMAM PATERNITATEM super communi dolore & imminentि infelicitatis malo toto optimoque animo cogitantem, indignè offendat & gravius solliciter. Sed pellet, ipero fore, metum, REVERENDISSIMÆ VESTRÆ PATERNITATIS in omnes opem implorantes animus pertinaciter divinus, & in quosvis ejus indigos clementior usque voluntas. Eriget animum dolentius fati vices deplorantem,

Ve-

Vesta in orbos Musarum Cultores
longè lateque per celebrata benignitas, &
dabitur adeo utcunque venia piæ re-
meritati, nil plus quam vota tanto Mæ-
cenati dudum jure meritoque nuncu-
pata, solvere cupienti. Admittat igitur
facilis VESTRA REVERENDISSI-
MA PATERNITAS clientem, tali
animo ante suas stantem fores.
Adjiciat placatos oculos ad grati hu-
miliisque animi monumentum, quod
pro se hoc etiam modo in conscienc-
tiā plurimi accepti favoris in præ-
sentia possum vult. Faciat benevolas pa-
tere aures supplicant, ut si adhuc à tem-
porum iniquitate Musæ quietem sibi im-
petrare possint, habeant jacentes suæ
fortunæ in REVERENDISSIMA VE-
STRA PATERNITATE præsidium
firmum & exoptatissimum. Minora
multo sunt, fateor, munera, quam ut
tanta merita dignè possint redimere,
aut ulteriore gratiam jure aucupa-
ri, placeant tamen, ex penitissimo pe-
ctore obsecro. Pensabit istam quocun-
que tandem modo injuriam animus

re-

religiosè officiosus & venerabundus,
certissimè spondens, se ea REVEREN-
DISSIMÆ VESTRÆ PATERNITATI
â solpitatore in secula celebrando ora-
turum, quæ olim ipsa patria, destina-
ta per orbem terrarum fama, fami-
liæ gloria, & sancta clientum vove-
bat pietas. Scilicet, ut procul sit illa
dies, quæ Mulas Auraicas tanto An-
tistite privet, quo nominis divini glo-
riæ, literarum flori, familiæ splen-
dori, & proprii magni nominis im-
mortalitati REVERENDISSIMA VE-
STRA PATERNITAS laboret im-
mortaliter!

REVERENDISSIMÆ VESTRÆ PATERNITATIS

Humilimus servus

Joh. Wång.

VIRIS

De literis & Ecclesiâ longè meritissimis,
Admodum Reverendis, Amplissimis &
Gravissimis

DOMINIS PRÆPOSITIS & PASTORIBUS,

DN. JOHANNI CAJANO,
in Baldamo.

DN. JACOBO FROSTERO,
in Uhlo.

DN. M. GABRIELI THAUVONIO,
in Närpis.

ut &

Plur: multumq; Reverendis & Clarissimis,
Dn. ERICO CAJANO,
Pastori in Baldamo.

DN. M. MICHAELI LITHOVIO,
Sacellano in Limingo.

Illi præcipue, ante annum Nutritio per-
benigno, atq; adeo in tenacissimâ
memoriâ habendo, singulis
vero,

DOMINIS, PATRONIS & EVERGETIS,

Officiolâ veneratione & debitâ
pietate perpetim colendis,

PACEM & GRATIAM!

Oceano nebulaq; celeri, quando agmine
surgunt,
Et latet obscurâ condita nube dies,
Dum tristes hyades terrent, dum vasta pro-
cella

Exoritur subito, velaque plena ferit.
Horrisoris quando nigrescunt aquora ventis,
Et navem crebro verberat unda maris.
Cum tristis rerum facies sperare salutem
Vix sinit, at sevam dicit adesse necem.
Vab! timidi naute quantus pavor occupat
artus

Membraque sunt cerâ pallidiora novâ.
Rector in incerto non sit, rogat ergo, sed
omnes

Conferat hac curas, ut regat arte ratem,
Præsentique velit miseram eripuisse periclo,
Et modo sic possit, littora tuta petat.
Est mea parva ratis multis quassata pe-
riclis

Fluctuat ES validis pressa carina notis,
Atque etiam Martis furia, bellique procellæ
Terrent, ut nostro non adeunda choro
In luce jactetur; nec sit forte illa superstes
Spes vite, quod sit præda parata neci.

Hinc

Hinc fugit ad vestras agitato ex gurgite
terras,

Ad vestras, cætus Lumina Magna sacri.
Atque petit minui si possit Numinis ira,
lilt suis studiis portus & ara suis.

Interea faciles spectetis fronte benignâ

Se vestro genio quæ mea scripta sacrant,
Et placeat parvus, quem vobis nuncupo
fœtum,

Vester & inde mihi surgat ubique favor.
Semper sit facilis vobis sic gratia cœli,
Integra sic possit vestra manere fatus!

GRAND. NOM. VEST.

Humilimus & officiosus Cultor.

J. Wång.

DAVID GILLIS.

In Meletemata Philologica,

super argumento singulari

JUVENIS Ingeniosissimi & Prastantissimi

DN. JOHANNIS Mång/

ex convictu & propinqvitate, qva eruditio-
nem, mores & vitam mihi probatissimi,

GRATULATIO,

Kλῆθι φίλῳ: Μῶσι μέντοι πλήθεσσι
ἀνίδες,

καὶ ὁδύνην καὶ ιδρῶν κάι ρε τὸ ἄλγε ἔχοντος
Οὐχθῷ αἱμὸν ἀργαλέος καθ' ἄπαξ ἀρετῇ σιν
ἔπεοδρ.

Φαίνεται δὲ τοιότερον τοῦτον τὸν θεόν τον Φαρδὲ χαλέπτειν
Οὔτως ή σπουδῇ. Εἴργοισι ἐπωφελίμοισι
Τίς ἐπίκαιαι, ἔανπερ λυγρὰ βροτῶις Φέρεται
Ταῦτα; Άλλον ἀνὴν κακῶν παθεῖν ἀγαθὸν
Θεὸς ἀυτός

Δώσει, ὅλον ἀπήμονα νῦν λόγιον τε σοφόν τε.
Τοῦτον πλῆτον ἔχεις σοι ὃς μέμνεται ἐμπεδος ἀιέν.
Άλλοτε κάι γε Θεός σοι κόσμια χρήματα ὀπίσσεις
Οὐ γὰρ τοῦτο βιοῖο μέλας ποτὲ ἥψατο ίός;
Ηὕτερα σὺ ἔγινων ἐκ πολλῶν, γνήσια βάζω.
Ἐυχὴν ὑψιμέδων τὸν νῦν κάτιμὸν τελέσειε!

Quam L. Mq; sed occupatis-
simus dedi

DAVID QUINTO.

LECTORI

לְרוֹרֶשׁ שֶׁלְמִי שֶׁלְמַי

 *Et in societate Academi-
cā vitam degente indi-
gnum maxime, ut alii
Commilites de eo tate fe-
rant judicium: eum nul-
lius esse frugis, eum o-
mnem spem quam semel de studiorum
successu Præceptoribus injecerat, fallere,
Et (quod maximum est) eum socordia
Et otio imbutum, a pristinâ industriâ
degenerasse. Non ergo mirum sit Tibi
L. B. si evitaturus tam tristem notam,
Academicæ præterea consuetudini, perti-
naciter ab humiorum artium studio-
sis retenta, Et sollicitationi eorum, ad
quos mea salus attinet, quosque colo ma-
xime, ut me decet satisfacturus, hoc qua-
lecumque ingenii specimen propriâ curâ
elaboratum, tandem publicè deponere
sum conatus. Victum vero Primorum
Parentum cum publici hujus specimenis
argumentum esse voluerim, satis vereor,
ut meas partes, cœi substrata materiâ*

A

di-

dignum est, obierim, meaque adeo opera
paucis admodum accepta futura sit. Ete-
num nulli tam est profundum subactum-
que judicium, qui in maiestatem status
prioris adcurate inquirere, nullus tan-
rum potest a facundiâ, qui eandem de-
bitis laudibus illustrare potis est. An
ergo ego pro eâ quâ sum parvitate tan-
tum mihi sumere ausim, ut hanc ma-
teriam, que plurimas minimeque du-
bias status primi excellentiae significa-
tiones dat, perfectè evolverim? Tam pro-
cul certè hoc abest a me, ut probè conscius
mearum virium confiteri babeam necesse,
me majus suscepisse negotium, quam vires
exsequi valent. Subsidia quidem aliunde
expectaveram, quibus adjutus melius
suscepto munere perfungerer, tamen cum
magna eorum fuerit penuria, mihique
adeo קולין באהרחה וחייבתא pa-
rum viatici in via longâ, certum est
me nec nucleus tetigisse. Prestitisset igi-
tur forte, in hac re tacuisse quam eandem
literis mandasse, nam in rebus obscuris
et sublimibus סוף השתייה וחב נס

si locutio argentum, silentium est
aurum, & cautio est, ne quis, si aut optimarum rerum habeat scientiam, aut
in se quid sit eloquentia Attica, in ea tam
men re que suos latet sensus sermonem
occipiat, sed subserviat tantum verbis O-
rationi alterius cum opus est. Sed habeo
bonorum exemplum, quo mihi licere id
facere quod illi fecere, puto. Talis est
eorum ratio: quod in silentio omnium
nil vetet modestè proloqui, & ubi
omnes cunctantur, nil noceat incessum urgere. Cunctatio enim non solum
in praesens noxia est, sed & futuro tem-
pori incommodat, ut hanc rem exserit re-
sponsio Oresti redditum producenti data:
 Μέλλων γὰρ αἰὲν δρᾶντι τὰς ὕστες τέμνει
 καὶ τὰς ἀπόστας ἐλπίδας διέφερεν.

Cum prorogat semper praesentia
facere simul, etiam futuras spes o-
mnes perdidit. Hoc malum ne & mihi
eveniret, satius esse duxi, in re hac ar-
dua non quid audere sed saltē tentare,
periculum faciens ab aliis, cum hoc mibi
ex usu foret. & certo documento ostenderet,

me etiam quod in me est facere, rerumq;
 mearum non minus ac alios satagere.
 Ergo L. B. si offenderis hic talia, quæ
 vulgarem nimis arguunt eruditionem,
 (supra vulgus enim me sapere, quia
 gloriari non audeo) non tamen de mea
 simplici industria judicia feras nimis se-
 mistre, sed aequalis sis, probe memor hu-
 jus: quod יוכלו לשארך חנמים לא משא הַמְלָכָה formicæ non pos-
 sint ferre onus camelorum. Quod
 si vero sensero חראשות אוני has in-
 genii mei primitias ab inquis obser-
 vari, Et adversarios rapere in pejorem
 partem, id nibil moror; cum verear ta-
 les homines quibus lepidum visum
 est alios eriminari, eos ipsos esse qui
 merito reprobantur, meamque ope-
 ram referam ad aequalium arbitrium,
 quos intentionem boni operis velut
 opus, faciles accepturos, mihique semper
 operam suam datus confido certissime.
 Sed רוי למבין fatis sapienti. fiat itaque
 initium בָּגָח.

SECTIO PRIMA.

Per explicationem præliminarium facilius aditum parat ad ulteriorem substrata materiæ delineationem.

§. F.



ropositæ vero materiæ cuivis expediundæ cum ad primè conducat, ut ab incunabulis res repetatur, eamque operam cuivis disputaturo injungant, pervulgata methodus & via Excellentissimorum Philologorum, cautela Epicteti his proposita verbis: Ἀρχὴ τῆς παιδεύσεως η τῶν ὀνομάτων ἐπίσκοπεψις, denique erroris periculum, quod per nominis expunctionem, (quæ viam aperit & instar statuæ Mercurialis ostendit quâ sit eundum), evitari posse argumentis firmis dudum evicere, eruditorum adcuratores, nec erit ab instituto nostro alienum, ab enucleatione vocum, non peroratâ pri-

prius causâ Grammatices aduersus
delicatiōres , quibus hic conatus
sæpius nauſeam movet, opellam no-
ſtrām auſpicari. Prima igitur cura
habenda vocis primæ noſtræ ḥu-
γειαφῆς לְחַם. In hujus ētūpā inve-
ſtigando non multum laboramus ,
cum quivis auditâ voce percipiat ,
eam natales ſuos referre ad verbum
לְחַם, & ab eo tantum punctorum
mutatione derivari. Significatio ver-
bi hujus eſt cedere & incidere tam ore
& dentibus qvam gladio, nam præter
communē & famosum comedendi et-
iam pugnandi im- & oppugnandi admit-
tit significatum ſolennem & meta-
phoricum, ductâ metaphora à simi-
li; ut enim dentes comminuunt eibum;
ſic gladius in bello diſsecat & devorat ho-
minum corpora. Ea significatio τὸ
לְחַם, quæ noſtræ materiæ convenit,
licet remota non sit; tamen cum hæc
vox ſit ἐκ τῶν πολλάκις λεγομένων, circa
δύο ſimilares paulisper morari erit necel-
le.

se. Nempe meminit S. S. (N) לְחֵד
Exod. 25. v. 32. seu *Panum faciendum*. Erant hi *panes quadranguli* numero duodecim ex præcepto Domini mensæ aureæ impositi, ut in *conspicere* Domini seu facie semper essent, in perpetuam memoriam summæ benevolentiae & liberalitatis, quam DEUS in vasto deserto in populū iudaicum in parando alimento necessario quam plurimum contulit. Et hos verè panes ex aquâ & farinâ pistos fuisse πρὸς ὄμμα monstrant loca I. Sam: 21. v. 4. Mat. 12. v. 4. (נ) לְחֵד קָרְבָּן Panis sacrificialis Nū: 28. v. 1. hoc nomine adpellari carnes in victimis adhibitas, seu ipsas victimas, sentimus cū Varabulo, polo, Leigh, quia hæ sunt cibus DEI, & his ira divina sedatur ut fames hominis elurientis pane, propter JESUM CHRISTUM quem sacrificia adumbrarunt. (ג) וְהַנִּזְמָן לְחֵד Panis arboris Jer: 11. v. 19 Ad hæc verba variâ interpretatione Auctores curam distinxerant, nos v. missâ illâ sentimus

mus cum D. Forster & D. Glassio
 hæc verba commodissimè exponi
 per arborem cum fructu suo. Fructus
 enim arboris sanâ ratione חם dici
 potest, ut enim voluptas cibi indicat
 hominem sanum esse, sic fructus in
 arbore indicio est, eam florere nec
 adhuc emortuam esse. (ר) לחם רטה
 Panis lacrimarum. hac voce fistuntur
 a spiritu DEI quævis calamitates & ad-
 flictiones, quia afflictorum unicum
 solatium sunt lacrimæ, ut hominis
 fame pressi panis. Conf. Ps. 62. v. 4.
 (ח) סתוּם לחם Prov. 9. v. 19.
 seu nuptiarum Sacilegium, quod ita di-
 citur respectu brevis, præbæ tamen vo-
 luptatis, quam impius homo ex hoc,
 ceu esuriens ex pane capit & sentit.
 (ו) Deniq̄ facit Scriptura mentionē
 significatus τε לחם generalis, qui
 nostro instituto conveniens est, &
 infert omnem cibum qui conducit vite
 hominis sustinende, ut carnes, pisces,
 legumina, olera, fructus arborum e-
 dules, ficus, uvas passas, mala, gra-
 nata,

nata, citrina & quicquid facit $\tau\alpha\gamma\epsilon\varsigma$ τ.
 $\ddot{\alpha}\lambda\varphi.$ tamemque sedandam. C'mo
 $\psi\eta\varphi\mathbb{G}$ hac in re sacræ scripturæ
est *Raschi*, inquiens : **כָּל רֹכֶר מִאֲכָל**
לְחֵם קָרוּוּ לְחֵם quidquid comedи potest vo-
catur panе. Eadem est ratio B. Lu-
theri , qui ad Gen: cap. 39. vox ait
Hebræa: **לְחֵם**, non tantum panem si-
gnificat sed generaliter escam quamvis,
Essen und Trincken. Fundamentum
huic τ⁸ **לְחֵם** significationi tale sub-
sternit כִּי חֵם עַיקָּר הַסּוֹדָה אָוּ חֵם: אָעָד
בְּלָל הַמִּאֲכָלוֹת כְּשׁוֹן h. e. quia panis
est fundamentum convivii vel compendi-
um ciborum juxta illud Ps. 136. v. 25.
נָתַן לְחֵם לְכָל בָּשָׂר Dans panem h.e. ci-
bum omni carni Conf. loc. 2. Sam.
9. v. 7. & veritas hujus significatio-
nis patebit. Synonymum **לְחֵם** in
lingua Hebræa est vox **בָּג**, quod li-
quet ex Danielis I. v. 5. si modo
conf. cum vers. 10 dicti capit is ubi
fit ulterior explicatio verl. 5 Conve-
nit cum **בָּג** hebræorum vox **βέκ** vel
 $\beta\acute{e}k\kappa\omega\varsigma$, quâ Phryges panem adpel-

lant. Unde hanc vocem acceperint cum satis nota sit historia consultò omissio; hoc tamen quemvis in admirationem rapiat propter hanc eos tantum sibi arrogasse, ut eorum lingua primæva foret dicenda. טרף idem & denotare, licet propriè significet *prædam* vel *cibum rapina capitum*, non dubitare nos sinunt rationes a Criticis allatae. Quas vid. apud Leigh. in Criticâ ejus sacrâ ad hanc vocem. In Scholis Græcorum frequens est Αἴτης, in Romanorum vero *Panis*, quas voces eundem subire significatum ac בָּנָה in nostrâ opellâ satis probat Oratio Dominica, in quâ vocem ἄρπτος positam pro vita quovis ad vitam necessario, vulgariter vertit & describit per vocē *Panis*. An vero Leighio qui Luc. 7. v. 33. per ἄρπτον vult notari carnem fides sit habenda? eruditorum judicio permitimus. §. II.

Diu satis jam vocis prioris usum lustravimus, perpendendū simul ergo

ergo venit alterum, quod opellæ no-
 stræ titulum dedit, verbum מים.
 radix ejus singularis est הַנָּה, quæ
 ex observatione Lexicographorum
 apud matrem hebræam non est su-
 perstes, apud Chaldæos *tamen* & Ara-
 bes filias invenitur. Denotat vero
 vox מים cum sit nomen dualis nu-
 meri *aquas duplices*, tum *superiores*, quas
 supra cælos ab initio creationis col-
 locatas scribit sacer historicus, tum
inferiores, quæ in terrâ sunt, ut ים
 נָהָרוֹת מִן. Verum cum plurimum a-
 quarum in sacris literis facta inve-
 niatur mentio, observamus nostri
 propositi non esse investigare ratio-
 nem (א) מים קווישין aquarum
 sanctarum seu aquarum חכירות la-
 vacri Num. 5. v. 17. quibus sacrifi-
 cia oblatur manus pedesque ablue-
 bant sacerdotes. Voluit vero hoc
 ipso DEUS, quod injunxit sacer-
 doribus, qui antea erant sanctificati,
talem lotionem, significare, sanctis et
 iam necessariam esse quotidianam

pœnitentiam, unde & apud Hebræos
 venit nomine *sanctificationis*. nec (ב)
 מִנְחָה *Aquarum separationis* Num.
 19. v. 9. Aquæ sanctæ hoc nomen
 adeptæ sunt, cum eisdem quid e ci-
 neribus vaccæ ruffæ crematæ admi-
 sceretur, eæque sic mixtæ in immun-
 dos effunderentur peccati expiandi
 ergo. Censet Doct. Calovius opti-
 mam hanc fuisse *expiationem*, quia a-
 qua cineri admixta revocabat homi-
 ni in memoriam ex quali materiâ
 constaret, eumque monebat, ut sem-
 per fragilitatis suæ conscientiam re-
 tineret. nec (ג) חֲמֹרִים *Aqua-*
quarum maledictionis Num 5. v 18. quæ
 sic dictæ sunt ab *effectu*, eo quod ex
 haustu earum mulier incestu & stu-
 pro polluta, maledictionem & tur-
 pem mortem sibi conciliarer. nec (ד)
 pertinent huc מִשְׁׁתֶּה *Aqua*
multæ Psal. 18. v. 17. quibus spiritus
 DEI exprimit acerbissimos doloris
 morbus, quia ut aquarium multitudo
 peredit & exedit terram; sic hi adeo
 con-

consumunt hominem, ut pristino
 decore amissio tabelcat penitus. Sed
 (נ) occurrit in sacra scriptura vox
 מִזְבֵּחַ posita pro מִשְׁתָּה כֹּל omni eo li-
 guore, qui conductus ad sedandam sitim,
 ut ex iis locis appareret, in quibus haec
 vox invenitur conjuncta cum voce
 לְחֵדֶל. Ea enim, ut agunt de victu
 quo opus est homini ad vitae suspen-
 tationem, & לְחֵדֶל in iis deno-
 dat solidum cibum, ita per מִזְבֵּחַ ut intel-
 ligatur poenus est indubium, quia hoc
 non magis quam illo carere potest ho-
 mo. Hanc vocis notionem nostram
 in praesentia facimus; ratio vero ad-
 pellationis hinc fluit: quod apud pri-
 stos mos fuit aquam ad setim restinguendam
 usurpare. Significationem hanc
 adprobat etiam B. Lutherus his verbis:
 Durch Wasser die Ebraische Spra-
 che allerley Trank und durch Brodt
 allerley Essen verstehen. Synonymum
 τὸν νερόν in hoc significatu in lingua
 hellenistica est ποτήριον, haec quippe
 vox, licet propriè notet vas in quod

polus infunditur, & in quo continetur, tamen præter varias quas admittit significaciones, μετανυμικῶς potum in vase contentum etiam denotat Matth: 26. v. 27.

§. III.

Exhibitâ ex voto (ut spes est) consideratione vocum singulari, quam signif: voces hæc conjunctæ subeant, paucis aperiamus, instituti exigit ratio. Sit igitur hæc hujus rei brevis resolutio: nos *iis innuere omnia ea que ad victum sunt necessaria atque adeo alimentum tam id quod esui quam quod potui esse potest,* משׁען ומשענה item משׁען מים ceu idem his vocibus effertur Es. 3. v. 1. Et hinc in promptu est, nos haud sentire cum illis, qui in iis locis in quibus in S. S. voces לחש ומייח positæ reperiuntur, sermonē de victu admodum parco & tenui fieri autumant; at fieri id quibusdam in locis, in primis ubi additur vox צר vel חל ut 1. Reg. 22. v. 27. faciles largimur. Ad probationem hu-

hujus adsertionis plurima suppetarent dicta, sed cum ea explicare non ferat nostra opera, nos etiam brevitem lectemur, ablegamus B.L. præcipue ad locum i. Reg. 18. v. 4. Est autem porro observandum, licet sit animus paucas ducere lineas de *victus hominis ad vitam necessario*, nos tamen operam nostram non impensuros explicationi *victus hominum omnium*, sed *victus τοῦ θανάτου*, quæ etiā est vox tertia, quæ in ἐπιγραφῇ nostrâ posita apparet. De hac, non collocato prolixiori studio in ἐτυμολογίᾳ, (cum eam clarè satis propnat spiritus DEI per sacrum historicum Gen. 3. ut dignus sit Beccanus qui derideatur, cum omnes vocum radices ex lingua Belgicâ deducturus, vocem θάνατον expoluerit quasi haec tam seu aggerem odio subjectum) hoc est præcipuum quod notamus, nomen θάνατον cum sit & proprium & appellativum priori modo hic usurpari (quod item probat omissio

τὰ δ Demonstrativi, hebræis alio-
quin frequentissimi, tanquam prima-
rium requisitum nominis proprii)
atque adeo nos occupatos fore circa dictum
הַחֹרוּם הָרָאשׁוֹנוֹ seu Primorum Pa-
rentum Adami & Eve in statu integrō,
adsumta tamen heic loci adpellatione a
genere masculino ut digniori.

SECT. SECUNDA

*Questionem, que est de fame & siti τὰ
אָרֶם, adfirmat probatq;*

§. I.

Sic in aprico quidem est notatio vo-
cum. Sed prius quam pedem lon-
gius promovemus, in ipso statim
limine memores moniti Ebræorum:
הַתְּקִין עַצְמָךְ בְּפִרְזּוֹר שְׁתְּכַנֵּס לְטַרְקָלָן preparate ipsum in vestibus ut possis intra-
re in triclinium, parum per adhuc sub-
sistere habemus necesse, ut positis
sic fundamentis, confidentiori ani-
mo opellæ nostræ fidem facere, &
suam auctoritatem conciliare possi-
mus.

mus: merito igitur jam cura in in-
 stituto nostro quæstioni an sit, seu an
 esurivissent & sitibissent primi parentes,
 ideoque opus habuissent cibo ad famem
 compescendam, & potu ad levandum sicutum?
 impendenda venit. Visa est hec res
 magnam habere dubitationem, hinc
 etiam a quibusdam negata reperitur,
 nos vero certiores de eadem facti
 ad adfirmantium sententiam accedi-
 mus, adlerentes: *primos parentes* (li-
 cet fuerint **אַל־חַיִל** per quam
 non tantum anima excellentioribus
 donis ornata fuit, sed etiam corpus
 duo singuiaria privilegia habuit)
alimento corporis indiguisse, & ejus auxi-
lio riguisse. Rationes quibus hoc de-
 monstratur sunt plurimæ. Primam
 subministrat nobis *Causa famis.* Fa-
 mem enim, (cum sit appetentia cibi
 quam ventriculi vellicatio prioritæ) pro-
 vocat *succus* quidam (alias *liquor Gastricus*
 dictus) qui a *languine* per sto-
 machi tunicas secernitur; scilicet hic
 in ventriculo exinanito & cibis va-

cuo, nihil inveniens materiæ in quam
vim & operationem suam exerceat,
nerveam & intimam stomachi mem-
branam, quæ adeo sensibilis est, ut
vel minimum motum optimè sen-
tiat, irritat & movet. Hæc irrita-
tio operâ spirituum animalium ad
cerebrum fertur, & hinc deinceps
fames cibique appetitus. Jam cum
incumbat nobis pro certo adfirma-
re *liquorem* ejusmodi in primi ho-
minis corpore fuisse, cum sit ma-
ximè commodus conservandæ vitæ
humanæ; nulla item pars corporis
existat, quæ non habeat vel suos
ductus salivales, vel *vasa lymphatica*;
nec probabile est stomachum ejus
tali victu fuisse repletū, ut nunquam
deficeret, atq; sic in membranā hanc
subtilissimam à liquore nulla facta
foret titillatio: (quippe sic loqui ridi-
culum & futile est) adfirmandum et
iam est, *liquorem* hunc suā vellicatio-
ne famem excitasse, & primos parentes
cibo eam compescuisse. Hoc ipsum ul-
te.

terius evinci potest ex *Dispositione organorum*. Instructi fuerunt primi parentes organis *iisdem* *esur necessariis*, quibus jam reliqui homines gaudent; habebant enim *os*, quod in capiendo nutrimento hoc præstat commodi, ut cibum quemcunque dignè præparatum manibusque sibi admotum recipiat, & humore salivali conspersum & rigatum ad oesophagū transferat; habebant *Dentes*, qui hic coqui partes obeunt, minutæ & consciſtas partes in ollam ingerentis, comminuendo & diffecando cibum, ut facilius in gulam teratur; *Oesophagum*, per quem instar infundibuli & fistulæ stomachalis cibus ore exceptus dentibusque contritus, ope muscularum in ventriculum depellitur; *Ventriculum*, qui cibum per gulam delatum retinet, præcipuamque ejus concoctionem efficit. Nec caruerunt reliquis organis chylificationi & digestioni ciborum nec non excrementorum ejectioni inser-

dientibus. Igitur, quia instrumentis
per quæ cibus sumitur, retinetur & di-
getur gaudebant primi parentes, conce-
dendum omnino est, eos , eundem u-
surpasse; alioquin hæc DEO facienda
esset contumelia, ea frustra, nec ha-
bito ad usum quempiam respectu
homini fuisse data: sed nulli usum
sit tam contumeliosè de DEO loqui
cum vel nemo sit, qui negat bruta
animalia organis datis uia fuisse.

§. II.

Präterea robur addit nostræ ad-
sertioni *Epiphonema*, quod Spi-
ritus DEI hominis creationi subji-
cit, nimis quod factus sit חיה נפש
has voces connotare hominem fa-
ctum fuisse in ejusmodi animam ,
quæ præberet corpori vitam per ci-
bos, quorum indiga omnino fuit,
non sit nobis ambiguum, cum et-
iam bestiæ, quarum vita ut hominis
non erat immortalis , חיה נפש ad-
pellentur. Consequens igitur & ve-

rita-

ritati consentaneum est, propter e-
andem adpellationem inter homi-
nem & bestiam quandam interce-
dere convenientiam, at cum in ani-
mâ rationis participe, destitutis re-
liquis animalibus rationis & sermo-
nis usu, illam dari, nemo nisi omni-
bus sensibus orbus dixerit, investi-
ganda erit in alio quopiam. Manet
ergo hoc, ut homo quemadmodum cæ-
tera animantia, audiebat, videbat &c.
ita pariter ac illa nutrimenta adsumsit,
adsumta retinuit, retenta digessit, licet
fuerint hæc ab homine facta excel-
lentiori modo, quam ab aliis ani-
mantibus. In hanc rem commen-
tatio Lombardi adscripta magnam
lucem nobis fœnerabitur: In pri-
mo, inquit ille, statu corpus fuit
hominis animale, i. e. egens ali-
moniis ciborum. Unde & homo
factus dicitur in animam viven-
tem, non spiritualem i. e. in ani-
mam corpus sensificantem, quod
adhuc erat, animale non spirituale,
quod

„ quod egebat cibis ut per animam
 „ viveret. Factus est ergo in ani-
 „ mam viventem i.e. vitam corpori
 „ dantem per sustentamenta cibo-
 „ rum. Et tunc erat corpus homi-
 „ nis mortale & immortale, quia pot-
 „ erat mori & non mori. His alla-
 tis rationibus accedit hæc præcipua,
 quod perspicuis & expressis verbis
 testetur Spiritus DEI per Mosen,,
 post concessam potestatem multi-
 plicandi, præscripsisse DELIM homini
 certam legem ciborum, eique peculiares
 fructus ordinasse in cibum, unde talis
 fuit illatio: si præscripsit DELIS homini
 in statu primævo certam alimenti ratio-
 nem, & dedit ei veniam ex fructibus ci-
 bum sibi colligere, (ceut id luce meridi-
 anâ clarius innotescit ex vers. 21.
 cap. 1. Genesew;) necesse est vitæ homi-
 nis ad prime necessarium fuisse cibum,
 cumque in statu integro comedisse;
 alioquin enim dicendū foret: DEUM
 temere legem de cibo tulisse, quæ
 si non, quæ tum in DEUM contumelia
 est? qui nihil frustra agit. §. III.

§. III.

Verum dicat quis, DEUM hanc legem propter statum lapsus sancivisse, ut probe instructi essent, quo cibo uti in eodem sibi liceret. sed hoc ratiocinum fundamento vano niti quis non videt? Palam enim est ex Genes. 2. v. 15. jam in statu integritatis DEUM poluisse hominem in hortum עדר non solum ideo לשמרָה ut custodiret illum, sed etiam לעברָה ut coleret eundem, quod non tantum notat להשקיָת הַגָּן ut irrigaret hortum, sed ut in eo laboraret, eum coleret sementemque faceret, cum recreatione puta, voluprate, jucunditate, sine fatigatione & vultus sudore, (talem enim esse significationē vocis עבר probatur ex constructione ejus cum הארמָה) in cuius vero usum in eo laboraret, eum coleret sementemque faceret, nisi in proprium? Porro confirmatur hoc, præter colloquium Evæ cum serpente habitum, ex verbis quæ præcedunt מזוח לא תעשה preceptum negantur.

tivum. Illis enim permittit DEUS reliquarum Paradisi arborum, epulorum & deliciarum eorum liberum, & ut homo, de hac permissione certior esset, tali usus est verborum constructione, quae nec nos de ea re dubitare sinit, ut conveniens maximè sic paraphrasis אֵת הַזָּמָן אֶלְפִי שְׁהַתְּרַתִּי לְךָ פָּרוּץ liberam & securam reliquorum fructuum quandocumque & quomodocumque illis descendendi facultatem tibi permiserim, Volo tamen & jubeo &c. Imo si quid valoris huic esset instantie, dictum aliorum animantium pari ratione se habuisse foret adlerendum, sed hoc nisi absurdum, iisque contra omnem rationem adscribat immortalitatem, nemo inficiabitur? Denique probat nostram lententiam, quam de tame & siti אֲרֹם fovemus, *consensus Excellentissimorum Virorum.* Contenti nos in praesentiâ sumus Unico פָּלוֹנִי circa hanc rem judicio, cuius hic est tensus: Ideo voluisse DEUM עַתָּה

ut hominis corpus ac cæterorum animantium opus haberet cibis, ad setuendum, ut intelligeret, se solius DEI beneficio, quamdiu ipse pareret DEO, non naturæ, id est materiæ ex quâ ipsius corpus constabat, & unde desumptum erat, immortalem futurum.

§. IV.

Sic quidem rem de *cibo* planam esse confidimus, quale vero judicium de *Potu* ferendum? ab adfirmantium parte hac in re etiam stamus: Et enim, si *solidus cibus* requirit præter *liquorem Gastricum*, qui per *vala gastrica* in *stomachum* defertur & à *veteribus fermentum Ventriculi* adpellatur, *alium quempiam* ad *sui fermentationem*, quâ *vitæ hominis*, ut *integra maneat*, & in *statu naturali conservetur*, valde opus est, & *banc potus modice baustus* efficit, sitque is adeo, dicente *Erasistrato*, οχημα της τροφης, & reddat omnia ea que sunt intus ad nutriendum aptiora: rursus, si

ea quæ per siccitatem, aut aliam affectionem ignava & gravia sunt facta, emollit atque sursum attollit, ciborum pariter reliquias aridas, rigatas & conspersas per corpus dissipat, indigentibusque applicat partibus, ut in eo omnes conveniunt, & quivis proprio exemplo probè est expertus, potum ex usu primi hominis solido cibo utentis fuisse, nemo ibit inficias.

§. V.

Sed quid non movet curiosa observation? autumant enim quidam adversus innocentiae statum obliqui homines ex affirmata sententiâ, suæ de immortalitate primi hominis receptæ opinioni præsidium fore non leve, quare tale nectunt σοφίαν: corpus quod cibo indiget, ut conservetur, & si non alatur perit, non est naturâ immortale. Verum tantum abest, ut prolatio σοφῶ φράσις nostræ obstrepant, ut potius ostendant suam vanissimis principiis

piis fultam, & se ipsos haud habere exquisitam rei cognitionem: distincta quippe immortalitate in eam quae DEO, Angelis & beatis post resurrectionem est propria, & eam quæ primo homini competit, res est in vado. Aliam autem eorum esse immortalitatem, aliam hujus fuisse, principium, ex quo primi hominis corpus figuratum fuit, est indicio. Quid? quod idem nos etiam faciat scientes, corpus primi hominis nec fuisse spirituale, ut quidam nostram sententiam ex naturâ spiritus cibo & potu non indigentie refutaturi, somniant: jacuit enim corpus formatum humi ex anime instar trunci, omnisque motus & sensus expers, donec inspiravit DEUS in nares istius spiraculum vitae. Nonne præterea, adpellare corpus ψυχικὸν spirituale, est idem, quod admittere contradictionem in adjecto, ut vulgo loquuntur, & destruere realem inter corpus & spiritum, hujus & illius affectiones,

differentiam? ut taceam, primum hominem adversus omne corruptionis mortisque periculum velut *Panaces Herculeum Arborem* vita habuisse, cuius esum eam ob rem omnino eidem fuisse necessarium ad immortalitatem & immunitatem à morte, non injustè censet Magnus & verè *Augustus Varenius*. Quod vero idem non sine honore nominandus Doctor, pressurus aliquā ex parte vestigia Pererii, auctor sit: nutritionem primo homini fuisse necessariam ad partiale humidi radicalis & calidi innati deficientis restorationem, ubi mutatio non fuisset totalis sed partialis, non corruptiva sed perfectiva, id nostræ memores parvitatis eruditorum judicio relinquimus, qui rem plenam periculi & obscuritatis facile explicabunt. Sufficiat nobis scire, eos verè comedisse, esumque majori ex parte fuisse ad suavem naturæ nunquam deficientis conservationem, licet modus aliæque plurimæ circumstantiæ nos lateant.

SECTIO TERTIA

Cibi & potus rationem brevissimè habet.

§. I.

Eundem אלהי, cuius mentio-
nem in *Parascha בראשית* tricies
& bis factam esse observat D. *Vare-*
nius, qui fecit Adamum sextâ die
creationis mirabili opificio, qui-
que propter nomen, quod sibi tri-
buit multitudinis, pluralitatem quan-
dam respicit, & per constructio-
nem hujus cum verbo singulari,
in illâ pluralitate singulare quid-
piam adesse ostendit, *Hospitem fa-*
cimus activum & cibariorum Auclor-
rem. Scilicet non *DEUM Patrem*, aut
Angelos ad deliberationem adhi-
bentem, quia ministri sunt & res
creatæ non creatores, aut tres mun-
dos alloquenter, ut singit R: Ma-
nasse, quia hos mundos aliunde
non exsculpet nisi forte cum R.
Mose Gerund. & R. Bahye ex verbis
initialibus Geneseos, sed *DEUM Pa-*
terem cum Filio & Spiritu Sancto, adeo-
que

que rotam Sacro-sanctam Trinitatem.
Hunc enim Adamum, datâ ei vi multipli-
candi, concessoque dominio in
res omnes, tali oratione adlocutum
fuisse scribit sacer historicus Gen. i. v. 29.

הנה נתתי לך את־כל־עשׁב
זֶרֶע זֶרֶע אֲשֶׁר עַל־פָנֵי כָל הָאָרֶץ וְאֶת־
כָל־הָעֵץ אֲשֶׁר־כָו פָרוּעַ עֵץ זֶרֶע
זֶרֶע לְכַסֵּח וְחוֹחֶק לְאַכְלָה:
Ex hac igitur patet sapientia Creatoris pro-
sum esse cibum ad conservationem
individui, sicut ejusdem verbo im-
pressa fuit facultas & appetitus mul-
tiplicandi genus humanum ad con-
servationem speciei, vers. præced.
28. Et ut probè animadverteret ho-
mo, quanti apud DEUM esset, quam
sibi haberet curæ vitæ suæ conser-
vationem, & quam largè suppedita-
taret quævis ad viatum necessaria,
visum fuit sapientissimo DEO nota-
bilem asteriscum part. הנה hic præ-
ponere. Est enim ea, ut loquitur a-
cutissimus D. Varenius, ab unâ parte „

Cha-

Character creatoris in hominem stupendæ beneficientiæ & providentiæ: ab alterâ parte hominis excellentiæ, & à parte objecti evidentis & abundantis bonorum & desideratissimorum ciborum præsentia. Ecce, inquit, præsentissimum ciborum apparatus liberalissime vobis donatum, quem manu quasi meâ vobis offero: ecce ergo pro lubitu vescimini illo, qui vos hospites exspectavit, cibo. Hæc ille.

§. II.

Ut autem hic dictus **וְיַהֲלָן** fuit hospes actius, ita etiam eorumdem cibariorum, quæ in victimum homini concessit, sine repugnantiâ censendus est auctor. Cum enim de productione eorum proponitur quaestio, est nostra sententia, quæ & cujusvis non revocantis in dubium S. S. **אֶתְבְּרִיאָר** erit, hæc cibaria die tertio DEUM produxisse: quippe eo ipso (nullæ enim demum post hominis creationem sunt productæ, quod

quod nonnulli probare annuntiuntur
ex Gen. 2. v. 9. ubi ob singulares
rationes facta tantum est à Mose
recapitulatio priorum) auditâ voce
תְּרוּשָׁא לְהִזְמָנָה, omnes her-
barum arborumque species non a-
ctivè, quasi apta fuisset per se ad
producendum, sed passivè juxta vo-
luntatem DEI materiam tantum
suppeditando, **תוֹצָא** egredi fecit &
progerminavit terra. Et tum ste-
tit mox tellus, quamvis esset vacua
ab incolis, floridissimis pratis, ex-
cellentissimis arvis & **καλλίσοις** der-
ðposis κοσμητένη. ut hujus rei veri-
tas patet Gen. 1. v. 11. 12. In tres au-
tem classes tam re & naturâ quam
accentuatione & scriptionis formâ loco
citato distribuuntur **כָּל יְבּוֹל הָרָץ**
omnes proventus terræ. Prima com-
prehendit **נֶשֶׁר**. hac voce nonnulli vo-
lunt designari berbas medicinales, quas
DEUS, quia prævidit multa mala
ex lapsu oritura, produxerat. alii eam
de teneris & mollibus herbis exponunt.

Ve-

Verum, quia hoc intercedit dilcri-
minis inter רשות & עשב, ut illud
respectu radicalis verbi sit genera-
le *hoc* autem non, imo *hujus* ra-
dix verbalis in Hebræo labio sit i-
gnota & inusitata (non enim li-
citem est dicere, est censura D. Var:
תעשב הארץ, sed תרשא הארץ) adeo-
que רשות latiorem quendam invol-
vat conceptum, *hoc* etiam semper op-
ponatur ועשב in *Paraschâ*
aliisque locis, sentimus cum D. Vare-
nrio & D. Calovio, eam verè denotare
herbas insativas & *υλημάτων* species e.g.
Graß für die Nich. Quin etiam
observamus, שב non posse expli-
cari *adjective*, נשות v. *substantive*, ut
interant hæc duo verba conjuncta
herbas virentes : impedit enim accen-
tus *distinctivus* in נשות & *conjunctivus*
in שב. Et licet sit omisla part. con-
junctiva י, ex eo tamen nihil infer-
ri potest, cum similis constructio
כורך הלשׂן occurrat in plurimis lo-

cis. Secundam classem constituunt
 עשב מרוּעַ וְעֵשֶׂב quidam de gra-
 mine, fæno & pabulo in sustentationem,
 quidam de grandiusculis herbis dici au-
 tumant. At quia ex supra allatis,
 nec non accentuum ratione certum
 est, distincta esse רָשָׁא & עָשָׂב, hac
 pariter respectu distributionis in
 species ex obseruat. D. Varenii sit ge-
 nerale, ut non liceat dicere הַרְשָׁא,
 sed עָשָׂב וְהַרְשָׁא, nos secuti judicium
 prædicatorum Doctorum, per vocem
 בְּשָׂעַר, herbas sativas ad sui conserva-
 tionem virtute seminali præditas & cul-
 tura provenientes intelligimus, e. g.
Saat zu Noth den Menschen. In
 tertia classe sunt עַץ פָּרִי arbores fru-
 ctuum feraces, tam potentia naturali
 a Creatore inditâ, quam actu, un-
 de statim additur פָּרִי עַשְׂה: statim
 enim post creationem ad jam jam
 condendi hominis usum ipso actu
 excellentissimis fructibus superbie-
 bant arbores, egredientes adeo ê-
 ter-

terrâ onustæ fructibus, & fernine
specierum conservante arborum
propagationem.

§. III.

Hæc res certa est. Juvabit ergo notare, quæ harum *trium classium* ex liberalitate Numinis τὸν οὐρανὸν cibo essent. Gen. i. v. 29. qui locus in super. extat, suam circa hanc rem mentem his verbis DEUM pronunciasse indicat vere μέγας Θεόλογος, עשה זרע אלהים אֶת־כָל־הָעֵץ וְרֹאשׁוֹ וְחוּזָה לְכַסֵּת וְאֶת־כָל־הָעֵץ וְרֹאשׁוֹ וְחוּזָה לְאַכְלָה. Binas posteriores *classes* hic hominū arbitrio, qui hic pronomine **לכם** efferuntur, permisit DEUS, ut ex iis liberè & absque meru insecuritati periculi sumerent quæcunque ad viatum necessaria forent. Præbebant adeo alimentum ejus corpori tam *frugum genera*, quæ aut spicis continentur, ut *triticum hordeum*, aut includuntur siliquis, ut *legumina*, aut vasculis, ut *sesama* & *papaveres*, aut

membranis, *panicum*, *millium*, quam
 arbores, quæ glandes edunt, ut *ca-*
stanea, *esculus*, quæ fructum profe-
 runt coni ad instar turbinatum, ut
cypressus, *cedrus*, quæ poma ferunt
 ut sunt *malus*, *citrus*, quæ fructus pro-
 ferunt sub duro cortice, ut *amygda-*
lus, in quibus est fructus molliore
 carne præditus, teneraque pelle coo-
 pertus, ut *oleans*, *cerasq*, quorum
 fructus siliqua est, sive granum quod
 longiori ac sicciori cortice succum
 involvit tenuiore certis distinctum
 internodiis, ut *Cassia*, *tamarindi*. Vel ut
 rem verbo complectar: omnium her-
 barum sativarum & arborum frugife-
 rarum species sive intra sive extra
 paradisum fuerint, DEUS homini
 in cibum dedit liberalissimè, ut
 ex omnibus iis, etiam delicatissimis,
 quicquid esui esse potuit, deligeret.
 Negant quidem nonnulli ei conce-
 sos fructus extra paradisum, faciendo
 fidē suæ adsertioni verbis quæ occur-
 runt Gen. 3. v. 18. comedes herbam agri.
 Sed

Sed hoc refellere non adeo operosum. Quæ enim consequentia? dixit DEUS, quod homo post lapsum non frueretur fructibus paradisi longe nobilissimis, sed comedet herbam agri extra paradisum provenientem, Ergo non data homini facultas carpendi herbam agri in cibum ante lapsum? vel cui bono universalis designatâ voce ק clausula, non solum speciebus sed etiam terræ unde ille enascuntur addita est Gen. i. v. 29. Parilis utriusque h. e. absurdâ & nulla est ratio. Hæc ergo genuina & vera erit loci objecti interpretatio: quod homo, quia fructibus paradisi abusus erat, non aliis, id est fructibus paradisi carere debuit, & quia inordinato cibo paradisi peccaverat, ideo denegatione cibi ejusdem fuit puniendus.

§. IV.

Herbarum arborumque fructus fuerunt quidem eibus primorum

parentum, vel ut apertius cum Ovid.
rem exprimam: Primi homines
Contentique cibis nullo cogente eratis
Arbuteos fructus montanaque fraga
legebant,
Cornaque & in duris herentia mora
rubetis,
Et quæ deciderant patulâ Jovis ar-
bore glandes.

Testimonium tamen Diod. Siculi,
quod de victu eorum dicit, quoque
adfirmat: Primos homines inordinata
& belluina ritâ utentes sparsim ad pa-
scua ivisse, est שָׁקֵר הוּא Testimo-
nium falsitatis: diversa quippe fuere
fercula hominum à pabulo brutorum.
data sunt his in alimentum עַשְׂבִּים
sed non זֶרֶע עַשְׂבִּים ut illis; verum
פָּרָק עַשְׂבִּים significat quidem et-
iam omnem herbam, quâ utitur homo
ad cibum aut medicamentum, & un-
de fiunt horti, ut observat Schindl:
in Lex: quia tamen vi verbi radi-
calis פָּרָק exspuit, propriè dicit spu-
sum

cum terræ, hoc est, illud viride hu-
 midum quod supra terram eminet,
 hic etiam τῷ בָשָׂר additur ut ejus spe-
 cies, certum est, cibum animantium
 fuisse omnes αὐτομάτων species, viri-
 des herbæ, gramen & olera herbarum,
 sicut hominis agrorum arborumque fru-
 ges & fructus. Adcuratè ergo re-
 spectu hujus rei D: Varenius part. 1.
 quæ habetur vers. 30 Gen. i. expo-
 nit non per similiūm nexum, hoc sen-
 su: *vobis erit in cibum & omni bestiæ,*
 sed adversative, ut talis sit constru-
 ctio: *Omni vero bestiæ &c.* Par etiam
 de aliis victimis primorum Parentum hac
 contumeliam inquinantibus, DEUM
 nimis tenuia fercula eis suppeditasse, ea
 conservande eorum vita non fuisse satis,
 eosque adeo parcere & durare egisse vi-
 tam, esto judicium. Sic enim a-
 ctum esset de clausulâ ἐγκωμιασικῇ,
 quā DEUS peractâ creatione o-
 mnia טֹב מְאֹרֶךְ valde bona, excellen-
 tissimè bona, eā συμμετρίᾳ & per-
 fectione ut perfectior excogitari
 non

non posset, creata & constituta fu-
 isse, judicio suo adprobante pro-
 nuntiavit. Actum sic etiam esset de-
 decantatâ adeo *terræ fertilitate*: cum
 tamen ea maledictionis expers fuit
 feracissima, sponte, largè copiose-
 que præbens quæcunque ad victum
 hominis pertinebant. Et quam-
 vis ejusmodi *splendidâ mensâ* aut po-
 tius *luxurie incitamentis*, ut nunc fa-
 ciunt mortales, non uterentur, tan-
 tum tamen abest, ut illud faveat
 calumniatoribus, ut certo indicio
 potius sit, terram fructuofissimam
 fuisse & delicatum necessarium
 que cibum subministrasse: herbarum
 „ quippe, arborumque fructus cibi
 „ tunc fuere jucundissimi & bellissi-
 „ mi, benè olentes, benè sapientes, sa-
 „ nitati adprime conduceentes & lon-
 „ gè plus succi viriumq; suppeditan-
 „ tes, quā nunc piscium vel volatiliū
 „ præstare possit caro. Terra enim
 „ nondum erat maledicta. Hæc sunt
 verba D. Cal. quibus prædicat vim her-
 ba

borumque in alendo, quam etiam
 firmat singulis arborum herbarum-
 que classibus addita δύναμις Φυσικὴ⁴
 Gen. i. v. ii. 12. Sed instet quis: per
 arbores insalubres & herbas venenatas
 nostrum adseratum corrue. Verum
 nihil minus: post maledictionem e-
 nim tales demum ferre incepit ter-
 ra, quæ in statu excellentiæ nec tu-
 lisset. Recenset quidem Cornelius à La-
 pide tres rationes, cur DEUS arbores
 insalubres sterilesque, & venenatas herbas
 crearit (Ν) ut universum omnibus rerum
 generibus esset integrum, (Ω) ut ex iis,
 ceu contrariis, aliarum eluceret bonitas,
 (Ι) ut homini medicinæ essent. Hanc ti-
 biam tere etiam inflat Pererius di-
 cendo: naturalem terræ fertilitatem nec
 omnino demtam nec omnino diminutam
 fuisse, sed eodem modo sese illam habuisse
 ante & post hominis peccatum. Verum
 hi à veritate longius abeunt. Cum
 enim creata fuerunt cuncta valde
 bona, homini non opus fuit me-
 dicinâ, arbores steriles herbæq; no-

xiæ, quemadmodum labor sollicitudinem & difficultatem secumferens,
 sunt pœna peccati: seqvitur ergo
 noxiū illud accidens, quod jam
 iis inest, post lapsum cœpisse, illas
 propter peccatum à priori naturā (si illas
 aliás herbas arboresque ut species
 universi consideremus) degenerasse,
 terramque propter idem suā fertilitate
 nimium proh dolor! fuisse privatam.
 Et quamvis quibusdam in locis ter-
 ra minus fertilis fuerit horto ḡy, est ta-
 men jam eadem plurimis in lo-
 cis non modo infœcunda, sed &
 fœcunda loca latio, Zizaniis, sentibus ac
 spinis sunt deformata, adeo ut ibi, ubi
 Adam ante lapsum inter fœcundissi-
 mas arbores, in amœnissimis pra-
 tis, in floribus & rosis ambulavit,
 nunc urticæ, sentes aliaque molesta
 germina in tanta copiâ excrescant,
 ut ea, quæ bona sunt, fere obruan-
 tur. Non ergo horum prædictorum
 firma est adiutorio, nec acu rem

etegit Grotius, qui maledictionem terræ comparatè explicaturus, exponit verba maledicta erit terra hoc modo: non erit qualis paradiſus qui te ſponte natis alebat, vegetumque præſtabat, ſed ſubacta multo labore ne ſic quidem pu-ros fructus proferet: non enim ſatisfacit maledictioni diuinæ, vi cuius, propter peccatum hominis terra pristinâ fer-tilitate privata spinas & tribulos, id est, per synecdochēn omnis generis berbas inutiles & noxias, germinat, & gravius quid involvit, ceu ſuperius al-lata demonstrant.

§. V.

Sponte quidem præbuſſet terra ho-minī alimenta. Non tamen eſt noſtra mens, Adamum liberum labo-ris fuſſe, ſed iſum eundem in ea, que dictui eſſent neceſſaria, in ſatu in-tegro inſumſiſſe. Posuit quippe DEUS hominem in hortum עֵדָה, הַעֲבָרָה, hoc eſt, ut coleret eum, in eo laboraret ſementemque faceret, ut talem bujuſ
ver

verbi εὐφασία supra explicavimus.
 Imo, quod addat DEUS tam herbis quam arboribus, quibus Adam vitam aleret, יְרוּעָה, idem probari credit noster Varenius, dicens: in hac concessione cibi taeitè etiam innuitur futurum hominis officium in applicatione feminum ad perennem cibi conservationem: unde utrobique additur, sementantes semen. Laboris ergo hic quoque fuisset usus, non laboris qui secum fert solicitudinem, molestiam & coactionem, sed laboris conjuncti cum jucunditate, voluptate & recreatione: ille enim post lapsum demum fuit introductus: quia è terrâ maledictâ in labore sine molestiâ ac difficultate comedere non licet. בעבור ובזאת אפיק eum acri dolore, magnâ molestiâ, corporis fatigatione, horrore & metu mortis comedes terram & vesceris pane ex eâ, est sententia DEI decretoria Gen. 3. v. 17. & 19. De Agriculturâ ergo eâ, cuius usus jam est apud

*quod mortales, si quis quæstionem pro-
poluerit, hinc planum est, illam eo
tempore non fuisse, sed demum post
cœpisse: quia sine labore sollicito,
improbo & difficili exerceri nequit.*

*Quo vero tempore initium ejus factū fu-
erit, in eo non conveniunt Auctores.*

*Agriculturæ inventionē alii Osiridi tri-
buunt. alii Triptolemo adsignant, alii
Saturno adscribunt. Nonnullis *Ce-
rerem* eam mortales docuisse, & no-
men *Cereris* a gerendis frugibus acce-
pisse, visum est. Sed *ii omnes* errant &
fidem non merentur. Si enim S. S.
imposito homini statim post la-
plum per maledictionem terræ la-
bore molesto & sollicito, testatur,
Cainum, qui primo mundi anno na-
tus est, *fuisse* עוכבר הארץ, extra
controversiæ aleam est, *ibi agriculturæ*
initium esse ponendum. Simile de
*usu frumenti & modo serendi esto ju-
dicium*. Scilicet, quia ante multas
tempestates, quam esset *Ceres*, *Dio-
nysius*, *Triptolemus*, *Saturnus*, *frumenti*
*usus**

utius apud mortales erat, præcipue
 apud Hebræos & Ægyptios, (quod
 perspicuum est ex historiâ Jacobi
 mittentis filios in Ægyptum ad e-
 mendum frumentum,) ideo hic, cum
 agrorum culturâ & ferramentis ru-
 sticis, ab hominibus statim post lapsum
 vitam agentibus ad posteros manavit,
 & hi ea (nulla enim ars, ut Fabius
 inquit, intra initium suum stetit)
 deinde adauxerunt, atque ex iis, quos
 commemoravimus, alii alios primi
 monstrarunt. Anvero talis panis, quem
 nos habemus, tanto labore fuerit
 comparatus? est quæstio sua non
 carens difficultate. Alii enim hic
 negantem sententiam amplectuntur,
 hoc ducti argumento: quod omnia,
 quæ homini ex usu sunt, non videntur
 statim fuisse inventa. Alii rursus ad
 quæsitum responsuri hac progredi-
 untur viâ: primos homines post lapsum
 ob defectum panis facili glande longa
 serag, solvisse jejunia, ut in hanc rem
 extat effatum Boëtii. Nos neutrius
 par-

partis auctoritati fidem derogare volumus. Attamen, quia glandibus cibi delicatores in promtu erant, & panis quoque est præcipuus cibus, quo hominis corpus alitur, probabilius concludimus: ejus usum non multo post usum frumenti admixtum fuisse.

§. VI.

Ergone in paradiſo *non comederis* Adamus? brevibus cognoscemus. In hoc inquisituri, quæſtionem, quæ est de *tempore commorationis* Adami in paradiſo, prius explicabitur, cum in eâ totius rei cardo vertatur. Sed, hic diſfidemus a Veteribus adſerentibus: Adamum per centum annos in horto permansiſſe, adverſamur etiam iis, qui aut per trihorium duntaxat περιπάτος felicitatis primæ participem faciunt, aut usuri numero rotundo & sanctificato ſeptem huic tempori adſcribunt annos, aut tot annos Adamum ibidem ſuiſſe ſtatuerunt, quot Christus mi-

ministerium in terrâ obivit. Pomi-
mus ergo hic absque veritatis ja-
eturâ modestissimè tale iudicium: alio-
quod temporis spatiū hic omnino esse
concedendum. Rem illustrat sequens
ratiocinium. Sexto creationis die
conditus erat Adam. Septimo so-
lenne fuit Sabbathum. Post id tem-
pus omnium generum animalia
à Cosmoplaste ad Adamum ducta
sunt, ut nomina naturis ad amus-
sim apta imponeret unicuique.
Non id intra trihorium vel diem
unicum (quanquam miraculosa
fere animalium congregatio vide-
ri queat) propter tot volatilium,
gressilium, reptilium aliaque inse-
ctorum genera expediri ab Ada-
mo potuit. Dein è gravi somno,
quo sopitus, evigilans, suam juxta
se sociam deprehendit & agnovit.
Non hæc absolvit omnia una lux
unaq' nox. Hujus ergo ratiocinii intui-
tu, talis quæsito parata est re-
sponsio: Adamum intra id tempus; sive
fuit

fuit trium sive decem sive tredecim dierum vel plurium, quo in paradiſo commorabatur, comedisse: non enim videtur verosimile, eum a delicatissimorum fructuum esu abstinuisse, cum etiam arbor scientiae boni & mali, Evam, quod esset bona & oculis ejus desiderabilis, suo vesci fructu adlexerit. Hic denique ultro se offert quæſtio curiosa forte magis quam necessaria, cur herbarum, arborumque fructus expreſſe hominibus in victum dederit DEUS? sed cujus rationes a priori, qvia latent, memor tritæ sententiæ Hebræorum, במלא מך אל תוריš i. e. altiora a te ne queras, lubentes omittimus aliquas si non certas, probabiles saltem a posteriori cum D. Calvio enumeraſt. (N) Victus simplicitatem & frugalitatem hoc ipſo commendavit DEUS: illa quippe sanitati, sapientiæ, virtuti & castitati multum prodest, hinc videmus frugalitatem a paganis obſervatam & multis lau-

dibus celebratam esse. Digna sunt
verba B. *Lutheri* quæ hic adscriban-
tur: Ex fructuum istorum esu,
inquit *ille*, non leprosa illa pin-
guedo, sed corporis pulchritudo &
sanitas proventura tum erat, &
sana humorum temperatura. Nunc
carnes non sufficiunt, non suffici-
unt legumina, non frumenta, & sæ-
pius incommodiori victu valetu-
dinis pericula incurrimus. taceo
illa, plus quam pecuina peccata,
quæ quotidie immoderato usu cibi
ac potus ingravescunt. (ɔ) Voluit
DEUS berbarum designatione sollicitudi-
ni victus occurrere, ne de eo parando
animo angamur, cum nullus in mun-
do sit angulus, qui herbas arbores-
que non fert, hominique vietum cor-
pori alendo sufficientem suppeditet.
(ɔ) Commonetacere forte voluit
etiam homines *adsignati ipsis cibi cum*
animantibus communis, ut submissius
se gererent, siquidem, non Angelo-
rum more, sine cibo, sed ut ani-
man.

51

mantia bruta vitam sustentare debeant: nec non vitæ animalis quæ cibo ac potu eget.

§. VIII.

אכילה بلا שתיה כמכתה בלבד
Sed *sharab* רטיווה *cibus* absque *potu* est quasi *vulnus* absque *emplastro*. Restat ergo, ut postquam ratiocinati sumus de *cibo solidō* וְאַר ejusque *naturā*, quis ejusdem fuerit *potus*, jam simplici evolvamus scrutinio. Sed hic hæret aqua: quippe ad trutinam juvenilis cerebelli examinare rem, quam spissæ tegunt tenebræ, quamque probatissimæ eruditionis viri silentio transferant, arduum nimis & difficile est. Ne tamen quem lateat, quid nostri super hac re sit animi, dicemus quid probabiliter, ut in re obscurâ fieri solet. Due vero diversæ super hac re constitui possunt *opiniones*. Altera eorum, qui vinum *innocentis hominis* faciunt *potum*, altera censentium, eum aquam pro *potu* usurpare. Nos illâ suis, si

qui fuerint, modestè relictâ Patronis, *banc* impullu sequentium rationum amplectimur. Scilicet, ut ex lege DEI homo solido cibo simplici & frugali, qui expers fuit incitamentorum luxuriæ, & absque magnis sumtibus multoque labore ubi vis terrarum præparari potuit, herbarum arborumq; fructibus ute-retur, ita necessum est, liquorem, si-ne quo cibus non bene digereretur, ejusdem etiam fuisse natura, h.e frugalem, simplicem & absque difficultate ubi vis terrarum parabilem. At talis præter aquam nullus aliis datur. Ad vi-num enim quod attinet, licet ab e-jus excellentiâ quid pro eo possit adferri, caret tamen *aictis* requisitis quæ hic aderunt. Non est liquor fru-galis: licet enim modicè haustum conducit excitandæ lœtitiae & refi-ciendis viribus, formes etiam & in-citamentum est ingenii virtutisque ad opinionem Periarum, tamen si quis plus tatis biberit, quod verè fie-

fieret, si potus foret quotidianus, corruptit sanitatem corporis, excitat iracundiam & rixas cier, ut homo vino ebrius irâ in rabiem versâ nil pensi habeat, si quid quod turpe sit commiterit, ceu ejusmodi vires illi inesse, expertus est *Noachus*; experiuntur etiam quotidie mortales, unde nec sine admistâ aquâ, ii, qui salutis suæ sunt cupidi, audent vino ad sedandam sitem uti. Ad voluptates præterea incendit illicitas: nam disserente Hieronymo, proximus à Libero Patre intemperantiae gradus ad inconcessam Venerem esse conservit. Hinc & nata videtur, quæ in Terentio extat sententia, *sine Cerere & Libero friget Venus.* At aquam alter lese habere est in confessu: nullus enim per aquæ usum aut ipse malo affectus, aut alii injuriam fecerat. Non est Vinum liquor simplex. Vinum enim tale quale jam est in usu & potationi inservit, non spon^e

Sponte fert natura, sed per pressio-
nem tale ex uvis conficitur. Non
ergo inveniebatur tale vinum in
Paradiso, sicut nec uvæ in quavis
terræ parte inveniuntur: quia non
omnis fert omnia tellus. *Aqua* ve-
ro dispar est ratio: quippe intra
ea spatiæ, intra quæ, *eam* jam à mun-
di exordio collocavit sapientissi-
mus rerum Architectus manet per-
petuo, nec intensissimo premente
frigore deficit. Frequens præterea
in omnibus terræ partibus est co-
pia, ut sine adsiduo labore possit
adferri & parari. Ut igitur omnis
effectus de suâ restatur causâ, requi-
sita pariter debita si adsint, indicant
rem ita sese habere, ita ob probata
requisita per hanc dispositionem sylo-
gisticam nostra vera manet adsertio:
si aquæ, non vero vino, ea conueniunt re-
quisita, que potui primorum hominum
sunt apertissima, utique fuit eadem potus
eorum At. v. P. Ergo P. Sed instet
quis: τὸν οὐκόν opus habuisse, pe-

culiari liquore in potum, promo-
vente concoctionem naturâ cibi
ejusque succo, qui herbarum arborum-
que fructibus ante maledictionem
inerat; & nos eo, quo negamus in
quavis terrâ uvas creuisse, in sta-
tu integro, ire etiam negatum
terrae fertilitatem prorsus admiran-
dam. Verum talis nimis tenuiter
& curiosè disputat. Nonne enim
quotidianâ deprehendimus experien-
tiâ, homines jure & tenuiore cibo
vitam tolerantes etiam desiderare
potum, & absque hoc vivere
non posse? vel num ex eo, quod qua-
rumvis terræ partium fertilitas non
attigerit fertilitatem paradisiaci hor-
ti, possit inferri, qvædam loca fuisse
infœcunda? nulla tane ejus seque-
læ subest ratio: quia ea loca,
quorum minor horto יְהוּ fuit fer-
tilitas, fructuum fuere feraciora iis
locis, quæ jam feracissimorum no-
mine veniunt. Deinde, donata fuit
terra ante maledictionem amplio-

ribus donis, herbarum arborumque fructus majori gaudebant vi
alendi, majori savitate & jucunditate, major quoque inerat a
quæ efficacia & dulcedo. Ergo
si privata bis, jam sedet sitim, & ho
mines eam haurientes benè vivant,
nil obstat, quin idem tum potuerit
præstare, fueritque etiam hujus in
tuitu potus primorum hominum. Quid,
quod non modo homines antedi
luviani, sed etiam qui post diluvium
in vivis erant sancti Patriarchæ.
queis curæ fuit frugalem vivere
vitam, aquam potarunt? qui mos mo
dusque non nisi forte ab Adamo ha
bet originem, quod ipse in paradiſo
aque adsvetus, eadem pro potu uſus
fuerit aliquamdiu extra paradiſum,
cumque cultum postea ab eo sui cepe
rint posteri.

§. IX.

Utut vero nostrum super hac re
tale sit ratiocinium, non tamen
persuadeat sibi quispiam, nos notissi

am vini usus Adamo derogare: quippe
 ejus insignis sapientia sublimiora
 comprehendere potis erat, hanc ita-
 que quantivis pretii rem probè quo-
 que cognovit. Multo minus quis id
 suum in animum inducat, nos hāc
 sententiā, denegantibus vini usum ante
 diluvium velle favere. Phraeос He-
 brææ quæ occurrit de Noacho Gen.
 9. v. 20, וַיֹּהֶל יוֹתָע כְּרֻבִּים & cœpī
 & plantavit vineam, is forte videbi-
 tur sensus, tamen eadem id non in-
 fert ac si primus plantasset vineam:
 tum si idem inferret, id secundum
 quid esset intelligendum, quod pri-
 mus post diluvium plantārit. Non
 enim potest dari ratio, cur magis vi-
 sis quam aliarum plantarum præ-
 stantissimus usus & fructus in obscu-
 ro tam diu latuerit. Nec reddi po-
 test causa, cur Christus hominibus
 ante-diluvianis Matth. 24. v. 38. ex-
 probrat, quod immersi voluptatibus non
 modo ederint sed & biberint, nisi di-
 catur eos vino sese ingurgitasse: vinum

H

enim

enim qui potus est *naturalis*, ante cerevisiam, qui potus est *factitius* & præter vinum sola inebriat, omnino fuit *inventum*. Quo præterea commotus argumento Noachus in animalium induxit vineas plantare, quæ sedulâ curâ opus habent? nota sane ipsi fuit *planta excellentia* & *fructus eius vis*, atque ideo hoc suscepit negotium: plantavit enim vineam, ut ex *vite potionem* exprimeret. Et licet ex alius fructibus potus potuisset parari, ut postea factum est, in tantâ tamen rerum varietate animalium potius ad *uvas* adplicuit, cum antea experientiâ edoctus sciret, quid ipsi & reliquo humano generi ex eo labore commodi & lucri sperandum foret. hinc ergo sequitur, nec homines antediluvianos adeo stolidos fuisse, ut nobili *uvarum* liquore adlecti, illas per expressionem in *vinum* facili negotio non solverent. Nam vivendi necessitas est adeo ingeniosa, ut ad corporis

tu-

sustentationem res non modo neces-
tarias, sed & delicias gulae congrua-
as inquirere non desistat, quod cum
& adhuc accidat, cur illud naturae
beneficium primo mundo denegetur, nul-
la subest ratio. His accedit hoc de-
nique, quod sacrificiis addi consueve-
rint libamina è vino, que primâ mun-
di ætate etiam offerebantur. Si ve-
ro quid parti neganti hic dandum
erit, licebit adserere, Noachum pri-
mum vites excoluisse cum arte, & vini
usum ordinarium fecisse, cum ante
diluvium non esset adeo frequens bu-
jus usus, neque ille ita essent excul-
tae eo tempore, quo terra non fuit di-
luvio corrupta. Facta autem Gen. 9.
vineæ a Noacho plantatae, adeo adcu-
rata mentio, ob noxam quam admi-
sit Noachus vino temulentus & in-
secutam Chami maledictionem, ut non
clam esset Israelitas, unde origo ma-
ledictionis Cananeorum fuit. Sed de vi-
tibus, unde eas Noachus finito diluvio
acceperit, quæritur. Apud Iudeos

com-

commentum de hinc, à Noacho emissio
& esu labruscarum inebriato, in-
venitur. Extant involucra Etni-
corum de Stapylō capellarum Oenei pa-
store, & Libero Pasre. Nec latet senten-
tia R. Levi de prudentiâ Noachi de-
ferentis omnium plantarum species
in arcam, easque ibi adservantis. In
aprico etiam est opinio Calovii, Ri-
ueti aliorumque plurimarum, diuinam
bac in re prodidentiam decantan-
tium, quâ ut in radicibus omni-
um plantarum, ita & vitis vis ali-
qua fuit conservata, quâ ex semi-
nibus sub terrâ conditis, postea
emergebant plantæ. Ultima adassertio
nos calculum addimus, cum priores
sint commenta vanorum hominum
ex ignorantia veri provenientia,
animalia in diluvio erant peri-
tura non stirpes, & non expressè
dederit DĒUS Noacho in man-
datis, ut has in arcâ adservaret.
Ex his igitur surculis plantârum
Noachus postea non solum vites re-
sti-

stituit, sed & vineas instituit, illudq;
inventum exploratae utilitatis exper-
entia sepe auxit, donec ad perfectionem
pervenit.

SECTIO QVARTA.

Ea, qua de esu Carnium disputantur,
quod fieri potest, explicat.

§. I.

His quæ tradita sunt ita sese habē-
tibus, ad ductū regulæ Hebræ-
orū, רְאֵשׁ יְלָעַד, יְלָעַד רְאֵשׁ יְלָעַד
de primis primo, de ultimis ultimo agen-
dum, expendenda est quæstio, utrum
primo homini licuerit uti ad victimum cæsis
animantibus? Auctores enim quosdam
eandem materiæ de cibo innocentis ha-
minis subjecisse deprehendimus. Sed
quam ferax super hac re divorti-
orum leges? Audimus alios negan-
tem tueri partem, alios in adfirmatio-
nem castra descendere comperi-
mus, ut invenire medium, quo ire
est tutissimum, sit res non mini-
mæ difficultatis. Haud tamen te-

merè me facturum arbitror, si in
adfirmantium iverò sententiam, cum
sit ea non vanis superstructa fun-
damentis. Præcipuum illorum pe-
titur ex defectu communis juris & ob-
ligationis inter hominem & cetera ani-
mantia. Erenim, quia propter de-
fectum rationis in brutis, voluntatis
pariter, quæ in utramque partem
se flectere & ad normam quam-
piam moralem componere possest,
nec non impotentiam præstandi acti-
ones homine dignas, nullum inter ea
& hominem intercedit pactum, nullaque
ex hoc vel à parte brutorum erga bo-
minem vel à parte hominis erga bru-
ta datur vera obligatio, sequitur nul-
lum deprehendi jus, vi cuius buic
cum illis amicitia & societas injuncta
est. Denegato vero tali jure, sicut
facile ob rationes allatas denega-
tur, sit mox tale consequens, dari in-
ter ea, utpote inter tales res, quæ
se mutuo lædere possunt & proba-
bilibus de causis velle intelliguntur,

statum quemdam belli, hoc est, posse
 eadem se se invicem laedere sibique in-
 juriam offerre. Ergo quid obstat?
 quo minus respectu hujus status, pri-
 mo homini facultas tuerit cædendi &
 comedendi animalia, absque quapiam,
 in ea aut DEUM, qui talem statum
 inter hominem & bruta ordinavit,
 factâ injuriâ, sicut eadem robis et-
 iamnum est concessa, & ejus status
 documenta bruta in hominem cru-
 deliter servientia sæpè pariter dede-
 rant. Proximum huic fluit ex ar-
 gumentatione à minori ad majus. Nimi-
 rum, si animantia rapacia citra inju-
 riā reliqua innocua, in quæ nil boni
 contulerant, conficiunt & devorant, mul-
 to magis licitum erit hoc homini, cui
 datum erat exercere dominium in quæ-
 vis animalia, & quibus homo velut in
 compensationem cædis prospexit pa-
 bulum, quæque is contra incursum &
 impetus immanium belluarum de-
 fendit. His accedit denique hoc, quod
 si in eum non mactata fuissent ani-
 man-

mancia, tanta eorum meruenda fuisset multitudo, ut homini fuisset habitatio non modo molesta, sed & adeo angusta, ut nullum fere locum commodum domicilio & a bratis vacuum invenisset.

§. II.

Nec valent quæ bis objiciunt adversæ sententie Patroni argumenta, ducta cum à defectu instrumentorum carnibus devorandis necessariorum, hoc est, dentium anteriorum oblongorum, acutorum & à se invicem sejunctorum, propter quem opus est homini culro secandis carnibus; tum ex naturâ infantum, quæ nondum consuetudine pravâ corrupta fructus præ delicatissimis carnibus appetit, eo ipso indicans, fructus esse viatum homini proprium & naturalem; tum ex eo, quod nulla in promptu sit ratio, cur homo animo tantum obsequuturus innocuum animal, quod vitam ab eodē habet Creatore, cedat, nec

nec possit se purgare exemplis leonum &c. quibus natura carnes in vitum destinavit, homini vero non; aut alia desumpta vel à circumstantiis antecedentibus, quod homines intemperantiâ abrepti & immoderatâ edendilibidine tracti demum esum carnium introduxerint, vel consequentibus, quod crudelitas hominum animalium cædibus velut accensa & irritata in ipsos homines proruperit, ut hoc οφθαλμοφανερως detegit Plutarchus in tec: Orat. de esu carnium & in Grylio, vel de niq; exemplis plurimorum a carne abstinentium ut Rajanorum in Cambajâ, Braminum aliorumque. Hæc inquam licet verè & adcuratè sint formata non valent: nam (N) præcipuus eorum scopus est admonere hominem frugalitatis, ei que temperantiam injungere, ne cibis immodicè inhiet & pingui nimis utatur pabulo, quod pecudibus, quibus venter laxior est, proprium est. (C) quædam continent singularia, a singulari vero

ad universale argumentari N. V. C.
 (3) *Abusus rei non tollit rem.* (7) non
 possunt convellere fundamenta praece-
 dentis opinionis, aut eorum vim destru-
 ere. (11) Si possent, non tamen
 ostendunt esum divino juri contrarium,
 quod secundum est adfirmantis partis
argumentum palmarium, tali ratiocinio
 probabile. Dominabatur primus homo
animantibus totius terræ, non modo
 ex scientiâ & prudentiâ naturali, quâ
 cognitum habuit, quomodo doman-
 da, tractanda & cicuranda essent
 singula, aut ex peculiari providentiâ
DEI, qui per Angelos flexisset ani-
 malia ad nutum hominis, sed præ-
 cipue ex auctoritate & majestate, quam
 eidem impertiit animalibus omnibus
 tremendam voce וּוּרְאֵן optimus creator.
 Fuit ergo per concessam hoc verbo
 potestatem *Adam* summus Monar-
 cha & Princeps despoticus ein-
 erschaffener Welt. Fürst / cui similis
 nullus in mundo extitit nec existet,

habens naturae suæ condonens dominium
h.e. summum & despoticum. Si au-
tem hoc ita sese habuit, fuit ei pote-
stas iure divino permissa, si non ex ex-
presso mandato, tamen consequenter &
implicitè ex concessò dominio, cœdendi a-
nimalia in eum & sui usum. Alioquin
enim non verè fuisset tale Domi-
nium. Imo, hoc pacto dominium
quod jam obtinet homo post lapsum,
superaret dominium in statu inte-
gritatis acceptum, quod tamen est
coactidum, & post lapsum non per vo-
cem רְדָה ut ante lapsum, sed per vo-
cem מְרָא Gen. 9. v. 2 exprimitur.
Errat ergo propter adductas ra-
tiones Grotius, dicens: Nec interfici-
cere licuisse homini bestias ante latam
legem, seu antequam D E U S suam de ver-
tendis in hominum alimenta cœteris a-
nimantibus voluntatem prodidisset. Gen. 9.
Molestus nimis hic etiam est Pytha-
goras cum suis aœclis, magnum scelus
esse credens τὸν εἰμψύχων ἄπνοος, &
novum prorsus comminiscitur do-

gma Porphyrius, qui lib. 7. de Abst.
præcipue Philosophos carnes come-
dere vetat: præterquam enim quod
horum curiosas & nimis absurdas sen-
tentias dominium hominis in ani-
mantia satis refutet, per quod et-
iam ea occidere fas erat quæ homini
non nocuere, destruit tam illius quam
hujus opinionem, falsum illud princi-
pium, ejus impulsu tam ridiculum
amplexi sunt commentum. nimirum
certò sibi persuadebat Pythagoras,
quem secuti sunt ejus discipuli & Por-
phyrius, animas hominum post de-
structionem corporis proprii in corpora
ferarum transire, animam illic semper
eandem esse, licet in varias migret figu-
ras, ut Ovid. per prosopopœiam i-
psum Pythagoræ exemplum inducens
fatur, atque inde probare volebat
piaculum esse carnibus vesci: quia sic
facile fieri posset, ut quis bubulam de
aliquo proavo obsonaret, ceu ex Tertulli-
ani Apolog. contra gentes id colligere
licet, quod indignum foret factum.

Ve-

Verum hoc dogma remotissimum ef-
fe à veritate, docent satis fidei fun-
damenta de statu animæ; ostendunt
etiam clarè Pneumatici per differen-
tiam specificam, quæ datur inter homi-
nem & bestiam, nec non per defectum
actionum quarundam humanarum in
brutis: nam si daretur animæ de cor-
pore in corpus transmigratio, rema-
neret saltem reminiscens & recorda-
tio illorum, quæ prius anima egerat,
quod tamen non fieri testatur ex-
perientia. Igitur, quia absurdum est
principium, absurdum inde etiam dedu-
ctum principiatum quis non videat?
Et quamvis ratione vite suæ, Hebreis
πίπ, Græcis ζῶα οὐκ ἐμψυχα, Latinis
vero animata, dicantur bruta, non
tamen ex eo, quod expetunt, obti-
nent pythagorici: quippe, εἰ δὲ ὡς φασὶ,
ναὶ τὰ φυτὰ ψυχὴν ἔχει, οἶος ἀν ἐιη
βίος, μήτε ζώων, μήτε φυτῶν οὐδῶν ἀπο-
τεμνόντων si, ut ajunt, etiam plantæ ani-
mam habent, (& ideo etiam plan-
tarum esum denegare vellent) qua-
lis

lis esset hominum dictus, cum neque animalia neque plantas cederemus. Miserant igitur Pythagorici, si sibi libitum fuerit, animata cædere, & exemplo Alexis, qui in Athide apud Athenaeum confessus est, quod veniens ē foro ὁδε ēν ηγόρχος ἐμψυχος, ἀλλ' ιχθυς πεθυκότως, comedant pisces mortuos, aliaque mortua animalia. Nos, qui scimus piaculum esse vesci cadaveribus, mactamus in escam animalia, adhuc adfirmantes, idem jus, quamvis herbas arboresq; expressè nominaverit DEUS Gen. I. v. 29. primo homini concessum fuisse: quia unius positio non est alterius exclusio, & hoc Gen. 9. apertè confirmatur, qui locus, dicentibus Dominico à Soto, Cajetano, Cornelio à Lap. Riveto aliisque, est prioris quasi εξήγησις & illustratio. sed de hoc loco plura infra. Si tamen hic steterimus à parte D. Varenii dicentis, hominem primum, licet habuit jus cibi αιματώδεως, cessisse tamen juri suo, cum lex

lex esum carnium non clarè exprimeret aut expressè prohiberet, vel B. Hulsemanni adfirmantis, protoplastos abstinuisse ab *esu carnium*, tum quod non egerent eo ad sustentationem corporis, ad quam necessitatem eius *eius* postea indultus sit, tñ m quod *alios cibos salubiores* habuerint, non erit id à statu integritatis alienum; nec vacillabit nostra assertio: à negatione enim *usus rei*, ad negationem *ipsius rei* N. v. C.

§. III.

Quæstionem vero de οὐρκοΦαγίᾳ
ante-diluvianorum, si velit quis
scrutari, nec erit illa neganda: nam
sine carnium *esu* corruptissimos homi-
nes ante-diluvianos ad scelera, co-
mestationes, libidines, furores eo-
rumque irritamenta prinos, fruga-
lius & strictius vixisse contrarium est
judicio à Christo de iis protato Luc. 17.
v. 27. Deinde, innumerabilis hominum
multitudo à conditi orbis exordio ad
diluvium fœcundâ humani generis
mul-

multiplicatione terram opplevit; homines præterea manebui & robustis giganteisque corporibus fuerunt. At horum copiosissimo alimento indigentium desiderio, neque frumentum, neque olerum neque leguminum, neque quarumcunque tandem arborum fructus sufficiebant, (nisi quis malit concedere tunc temporis homines bestiis convenientia nutrimenta quoque consumisse, quod à ratione abhorret) sed etiam iisdem carnium elus ad primè fuit necessarius. Certè, nisi tunc agni mateti fuerunt propter escam, cur quæso inde laudem retulit Abel, quod primogenitos pingues in sacrificium DEO offerret? perinde enim fuisset, an pinguis, an vero macilenta faceret sacrificium, si non propter esum carnium, sed solum pellium usum gregē pascebatur. Nec deniq; est veritati consentaneum, plus datum fuisse homini potestatis post diluvium in animalia ratione usus quam ante: nec potest demonstrari, cui usi pisces volumen-

erumq; varia genera intervicerint, si non esui? aut quò positæ sint carnes, postquam pelles animantium ad vestitum fuerunt detractæ? quia non videtur probabile eas ceu inutiles fuisse abjectas. Verum dum bæc insinuamus, forte erit parata instantia à silentio scripturae de esu carnium ante diluvium. Quasi vero, multarum rerum, de quibus est silentium, usus adesse non possit. Sic non memorat eadem, homines frumentum usurpasse aut panes ex eo confecisse: silet etiam de potu. Quis tamen, nisi vitam absque pane & potu sustentare potis, argumentabitur ea non fuisse in usu? Nec Rabbini ad Gen. 9.v. 3. ut solent, his verbis, quæ Josephus Albo in

ספר עקרות annotavit, provocent, בתקילה נצווה ארון הרשון בקצת מצוות שנחגו בהן האנשים לפי קבלת רזל עד נח ולנח התיר אכילת בעלי חיים שהוו אסור לאדם הרשון ט בתקילה לא התיר להם אכילת בעל חיים אלא אכילת הצמחים בלבד ונו' ואחר כך התיר אכילת בעלי חיים לנח

In principio præcepta quedam data sunt primis parentibus, quibus usi sunt homines usque ad Noachum, juxta traditionem Rabbinorum nostrorum pia memoriae. Noacho vero permisus est eesus animalium, qui Adæ interdictus est. Nam in initiiis non permisus est homini eesus animalium, sed tantum eesus eorum, quæ è terrâ germinant, seu fructuum è terra nascentium tantum &c. Et postea Noacho permisus est eesus animalium. hæc ille ex mente Talmudicorum. Quamvis enim faciat hic DEUS mentionem eesus Carnium, non tamen ex eo fit hæc sequela, DEUM tum primum esum carnium Noacho permisisse, vel propter incontinentiam hominum, ut censet Ierullianus Montanizans, vel propter σκληροναρδίας, quæ est mens Hieronymi contra Jovinianum, quia benedicens DEUS homini dedit facultatem carnibus vescendi, sed ideo, quod voluerit DEUS legem sancire de sanguine & suffocato non comedendo, que

ex.

exceptio, cum apponebatur concessioni
 generali, visum fuit DEO prius con-
 cessionem illam repetere, ut melius
 caperetur sequens interdictum, &
 ejus eo major haberetur ratio,
 quo major sua erga hominem
 fuerat liberalitas. Si vero qui-
 dam intempestivè seduli per-
 tinaciter pro parte negantium stare
 velint, concedimus iis faciles, Esum
 usumque carnium non adeo frequen-
 tem & communem fuisse ante quam post
 diluvium. Addimus etiam hoc clau-
 sulæ loco, si sanctioris vitæ homi-
 nes ante-diluviani à carnibus ab-
 stinebant, aut parcius iisdem velce-
 bantur, id eos non fecisse ex religio-
 ne, ut Pontificii statuunt, quia hoc
 fuisse *ἐθελοθρησκείας*, sed ex tempe-
 rantiâ & frugalitate; nec non ideo, quod
 carnes in apparatu cibariorum ex-
 pressè non nominarentur. Plura de hac
 controversiâ, aliisque quæ hic dispu-
 tari solent, συζητήσει relinquimus.

Interim & semper *hoc magni momenti* judicandum est, quod habemus *jus in animalium vitam* sine tyrannidis aut in iustitiae metu, nec manducemus cum scrupulo ac fine fidei.

SECTIO QVINTA

Observatis precipuis, quae circa Arborem vite, Arboremque scientia boni & mali, occurunt àxiomatis, opelle finem facit.

§. I.

Sed מהחול אמרו זמור למחול incipienti aliqua dicunt perge, absolve: quia אחר טהרה prolixitas omnis molesta & laboriosa est. Brevissime igitur inquiremus in duas illas nobiles arbores, Arborem vite, & Arborem scientiae boni & mali, quarum peculiarem facit mentionem sacer Historicus Gen. 2. v. 9. ut eluceat cui usui primis Parentibus fuerint. Prior חוויל non eo nomine ideo est appellata, ut memoriale quasi ac symbo-

bolum vitæ à DEO accepræ esset,
 tum enim non modo hæc sed etiam
 omnes reliquæ, arbores vita (Symbolo-
 lum enim una æque ac altera be-
 neficii vitalis fuit) vocari potuissent,
 & non opus fuisset custode Che-
 rubino ad prohibendum omnem pro-
 to-plaftis aditum, ne extenderent
 manum suam & sumerent de eâ,
 ac comedenter (sunt verba DEI)
 viverentque in æternum, sed ab
 usu, eſu & effectu. Præterquam enim
 quod corpus aluiffet ex naturâ sibi
 insitâ vi & peculiari divinæ ordi-
 nationis beneficio, fecisset etiam
 vitam hominis (2) longevam, ut pro-
 toplasti eam, qualem ab initio acce-
 perant, incorruptibilem in perpetuam
 annorum seriem protraherent, donec
 DEO ita volente è statu hoc ani-
 mali in gloriosum translati fuissent.
 (2) Constantem : prohibuit enim ne
 corpus hominis infirmitate vel ætate
 mutaretur in deterius, sed quo ies-
 cunque eâ vesceretur Adam, caro
 ejus

ejus semper quasi floresceret. Quæ
 tamen de privatione *actus* non po-
 tentia dicta sunt: quia consistebat
 immortalitas ista in posse non mori,
 aliquando, in non posse mori constitue-
 tur. (3) Letam & hilarem, pellendo
 omnem tristitiam & melancholiām,
 ut non modo viveret homo, sed et-
 iam bene, id est, cum tranquillitate
 & voluptate, viveret. Hæc virtus ar-
 boris, ut ipsa arbor, non supernaturalis
 sed naturalis fuit, ut vis sanandi aliis
 herbis: recenset enim *Sacer Historicus*
 eam inter alias arborum species; mansit
 quoque hoc virtutis pharmaeum post
 lapsum, quod non factum fuisset,
 si ea supernaturalis fuisset. Man-
 sit inquam ratione potentia, sed ra-
 tione *actus* desit, ut nulli homi-
 num prodesset, quoniam hic fuit
 interversus à singulari displicentiâ
 DEI vindiciisque justis, teste Kirch-
 majero. Quod dum dicimus, non
 facimus cum iis, qui banc arborem

diluvio periisse statuunt: quippe
ea, non minus quam aliae arbores,
ad perfectionem mundi concurrens spe-
cies est, quâ unâ sublatâ periclitare-
tur unio mundi integritasque ejus. Et
quamvis una numero fuerit, quod
tamen non adeo scitè probatur,
propagavit se tamen postea reli-
quarum more, vi divinæ benedi-
ctionis, licet homini nequicquam
amplius inservierit: possunt enim
unius rei plures esse fines nobis ignoti.
Valeant denique illorum ineptiæ, qui
banc arborem eo tempore articulo degu-
standom volunt, quo translatio in al-
teram vitam facta fuisset, ubi perfecta
deum fuisset immortalitas, h.e. etiam
potentia moriendi exularet: non
enim teste Calobio, ob immortalita-
tem alterius, sed vitam & sanitatem
hujus seculi bac virtute instructa fuit,
& ideo in medio horri posita, ut ho-
mo, cum vellet & quoties vellet, de cā
deciperet.

Altera arborum, quarum præcipue
meminit Moses, est עַד חֲדָרָת טוֹב וּרְעֵא
Arbor scientie boni & mali. Sic
dicitur hæc non ob creationem, in qua
omnia טוֹב מְאֻרָה valde bona producta
sunt, & non admittit indifferenti-
am ad bonum & malum habitua-
lis & concreata perfectio, & vo-
luntatis non nisi ad bonum determi-
natio. Non à falsa satanae persuasione,
quā primos Parentes deceperat:
nam sic adpellata fuit ante seductio-
nem & colloquium serpentis ab ipso
DEO, & retinuisse hoc nomen,
etsi homo à serpente non fuisset
seductus. Nec à peculiari vi confe-
rende scientie, quam illi tribuere Ju-
dae, Socinistæ & Ophite: si quippe
hec ratio valeret, non argui posset
Satanas mendacii, promitterens scienti-
am divinam Evæ, si de fructu hujus
arboris decerperet. Sed vel per πό-
ληψιν ab eventu futuro: quia hujus li-
gni esu proprio damno experti sunt
primi parentes quam bonum sit pa-
vere

rere mandatis DEI, & quam malum ea transgredi. Vel præcipuè per singularem DEI orationem: hoc enim protoplastos admonitos voluit, ne maiorem pro suâ sorte adpeterent scientiam, nec reliquo DEO arbitrum boni & mali constituerent, aut extra limites sibi præscriptos prudentiae suæ periculum facerent, hoc vel illud tentando. Atque ita per hoc obedientie specimen eis ostendere voluit, quam honestum sit obediare DEO, malum vero non obediare. Singulare est, quod Rabbi Jeshuda Ben Samuel ex lege latâ circa arborem scientie boni & mali septem præcepta Noachidarum excepit, hinc verba ejus, adponere lubet.

אשר הלאז ב שמע פסק ויצו על האורם לאמר טמן לשבע מצות שנצטו בנו נח ויצו אלו חידונין זה כרכבת שם אלhim זו עז על האורם זו שפיכות רמים לאמר זו גלווי ערotta מכל עז הגן זה גול אכל תאכל זה אמר מן חחי Quemadmodum cum auditur comma illud, & præcepit Dominus DEUS ipsi

Adam dicens &c. Signum est seu indicatio septem præceptorum, quæ Noachidis imperata sunt. Et præcipit, sic denotat judicia, seu Præceptum de judiciis (quoniam in eis præceptio est atque imperium) Dominus, præceptum de non maledicendo Nomiñi seu Numini sanctissimo; DEIIS, interdictum cultus extranei seu Idololatriæ: Ipsi Adæ seu Homini, interdictum Homicidii: Dicens, interdictum incestus (quia scilicet dicit Dominus Jer. 3. v. 1. increpationi defecratione subjungitur) De omni ligno horti) furum, quia bona quædam vocabulis illis etiam denotantur) comedendo comedes, membrum animalis viventis. haec ille. Naturalis tamen haec erat arbor, licet tanta fuit virtutis: non enim est, ut temere à literâ discedamus. Cujus autem speciei fuerit, inter tot discrepantium sententias non terminare est facile. Alii eam ficum esse volunt, bac potissimum moti ratione, quod Adam post lapsum ex foliis ficus sibi sub-

*subligacula fecerit. Alii malum ex
Cant. 8. v. 5. pro quâ sententiâ etiam
extat verlus,*

*Mala mali malo meruit mala maxi-
ma mundo.*

*Alii pro siccâ Indicâ pugnant: quia
hujus fructus maximi, aspectu o-
mnium jucundissimî, pulcherrimi,
saluberrimi, tolia latissima habentes
ac in oriente etiam non infrequen-
tes. Alii denique ut Calovius, pu-
tant speciem planè singularem esse, nec
amplius in rerum naturâ superstitem.
sed sicut scriptura, silebimus forte &
nos, non sine profundissimo animi
mœrore in memoriam nobis revo-
cantes illam malorum congeriem, quam
sibi posterisque suis adtraxerunt pro-
toplasti fructus hujus vetiti esu.*

Hæc sunt B. L. quæ de bac se
brevissimè comminisci potui. An
ubique recta iverim, meum qui-
dem non est dicere: quia lubens
concedo, nihil esse iam certum, in quo
non est dubium. In totum tamen o-
leum

leum & operam me perdidisse/ non spero:
 si enim aliud nibil, hoc tamen DEI gratia
 praestiti, ut cuivis constet, prime vam fru-
 galitatem in nimiam turpemq; nesas ! de-
 generasse luxuriam. Discant ergo hinc ii,
 quorum unica cura est animo obsequi & lu-
 xus agitare, voluptatibus & luxuria belium
 indicere: nam ut scite loquuntur Rabbini,

הבלתו מסתפק ברוי ספקו

ואבר גס לחם חקו

*Qui non est contentus eo quod ipsi sufficit ;
 Is quoq; panem suum quotidianum perdet.*

Discant ii, qui ex benedictione di-
 vinâ rem magnam fecerant , & qui-
 bus est copia rei familiaris , memo-
 res esse & grati: quippe dicentibus iisdem,
כל חטען ואינו מברך נקרא גזען

*Quicunque gustat (edit) & non agit
 gratias vocatur raptor. Discant denique
 ii, qui egestatis onere premuntur, reliquiq;
 omnes, quibus salus æterna curæ cordique
 , , est, cœlestia fæcula anhelata: Ibi enim
 , , erit effuentia divitiarum , influentia
 , , delitiarum & confluentia bonorum ; ibi
 , , vera scientiæ boni & mali arbor, arbor
 , , etiam vitæ erit idem, qui nobis erit omnia
 , , in omnibus, JESUS CHRISTUS
 in æternum,*

יְהִי רָחֵל

Synnerlige Gode Wånn J O H A N N W Å N G

Wår första Faders stånd man Engla lef-
nad kalla
Kan billige/när man sig till sinnes för then pracht/
Han had till Siäbien sū/ ia och then stora macht
Han sicc af honom som högs: hårstår öfver alla.
Hår kommer och än till then fägring kroppen hade/
Och fast des ämne var af Jord och svarter mull/
Af ålder then doch en sū sundheet mista skull:
En saffe af lissens trå den starkand krafft tillade.
Men act af hunger ejt then han wist med oss hadde/
Förswagas skall häs krop blef wischus full af spiss
Förordnat till hans tiense/ het stöna Paradijs
Af GU D/iill hwitkens läf han therra endast wände.
Omstidnt han af sin macht af all ting kunde taga/
Till maat sin kropp (ill stöd) i breer doch hans spiss
Besiod/ och ther med seen på bästa sätt och wiis
Förrog den hungers wärk/ han kanti uti sin maga
Aic cheera hafwen I med mehra wackere slutie
I Ehr sinriksa wärk/ det nu med allas läf/
Till proof af trogen flit I glort i Pallas håff/
Sig ceer i husec trå/ och sin fullbordgn nute. (der)
Gud framgeet lyck as lät Ehr wärk Ehr sielf till he-
Till huuanad/Wåner/Glæcht/at Idet mählet fate
Kund få/ som Pallas haer för sina trålar sace/
Thet händde Ehr så wist so iag med Alswar Beder,

FRATER & AMICE ex animo.

Nunquam qui te Bacche adamant ex
pe^ctore toto

Mortales avidi, fasve netasve vident.

Non illi reputant animo quæ *fercula prime*

In *victum* dederit summus lôva Patri.

Diverso ast animo qui sunt, cui prava
voluptas

Invisa est nimium, vitaque justa pla-
cet,

Primi hominis miti victu prædaque patati

Se sic privatum, nocte dieque dolet.

Ergò ritè doces musarum portio pul-
chra,

*Hoc dum de victu fundere verba stu-
des,*

Quod tibi non cordi spumantia pocula
Bacchi,

Non fuerint tristes immodicæque
dapes.

Pergito sic semper modicis accumbere
mensis,

Et, spondent Musæ, *fercula lauta*
feres.

Per

joh. Pihlmann.

PEREXIMIE DOMINE RESPONDENS,
Cognate sincerè dilecte.

Q uæstio primi hominis de victu doctæ
movenetur,
Sed quæ Doctorum torserat ingenia;
Heic Veterum digne veneror cum scripta vi-
rorum,

Illis tum letus, proxima duco tua.
Hicce dies ferme est quo te Celebrare licebit,
Namque tibi doctæ, premia frontis alit.
Qui vitam rectam (quavis quia labe ca-
rentem)

Egisti in studiis, Pieridumque choro.
Qui quoque Musarum merito es proiectus
in arces,

Quo non exiguo, facta labore via est.
Sunt tibi crede mihi jams dudum serta pa-
rata,

Tempora quæ lambent, si tua fata finant.

JOHANNES LUND.



“Grazing Rights”

which will be situated among others
in the same place.
In the year 1600, when the
King of France sent his
ambassador to the
Court of England, he
was received by King James
with great magnificence.

• ០១៩១ សម្រាប់បុរាណ ដែលបានចាប់ចូលការ
នៅថ្ងៃទាំង ២៣ ខែមីនា ឆ្នាំ២០១៧ នៅក្នុង នៅ

• ॥३॥ एवं अद्यता नामे उपग्रह रात्रे विष्णु
-रात्रे विष्णु विष्णु विष्णु विष्णु विष्णु विष्णु

સુધી રાત્રે આવી, મદદાન કરું જરૂરી.

•ОПИЯ ЗВИЖНОС

